

Aduertencias para

aut Apostolici Symboli, ex horum ac simili-
tudini conciliorum Decretis culpabilis foret,
nulla tamen hic aut Sacramentorum Ecclesie
præceptorum, aut mandatorum Decalogi fit
memoria, quæ tamen isti quoq; ut memoria te-
mentur, & explicitè sciāntur, necessaria do-
cēre, immo dum in istis duobus, Symbolo
[scilicet] & oratione Dominica, omnia ne-
cessaria comprehendit cōsentīt, cætera omnia
ignorata, nullam culpam inducere, necessario
farentur: atque hæc quidem tam acriter fue-
runt vrgenda, non quod laudemus ignoran-
tiā, & hominum popalarium desidiosam ins-
citiam [absit] sed quod omnino infirmis ple-
biū conscientiis, quibus isti salutis effica-
ciissima obstacula obiiciunt, ex animo Christi
anno cupiamus mederi. Solent autem nonnul-
li pastores, inter eas tēporarias pñnas, qui-
bus ad Christianum catechismum memoriae
commendandum plebes addigūt, eam nuptia
rūni solemnitatem, qua tandem uxor in mari-
ti domum traducitur, quaq; uxor ipsa mater
familias esse incipit, quam solemnitatem nos
velationem appellamus, interdicere, quod ma-
xime laudo et quum est enim ut qui patres fa-
milias esse incipiunt, quo pacto liberos Chri-

stianos